

Dei ad iutoria magno sui sumptu conueniat homo. D. Anastaf.

simile Adamo non aliunde sumit materiam nisi de costis eius ne putet homo, sibi ex Deo ventura magna adiutoria, quibus ipse est propria substantia non cooperetur, & magnum non exhibeat sui sumptum; quod bene notavit D. Anastaf. Sinaita lib. 9. Exam. dicens: Quod dicitur ad iurix, cam fecit ex propria in ipso costa. In muliere magnum accepit Adamus adiutorium a deo ad humanam vitam, ad illiusque functones, tamen cum hoc esset adiutorium, non aliter ei conceditur, nisi magno sui sumptu, una integra costa exhibita a deo; ut inde homo bene instruat, quod ad Dei adiutoria magno sui sumptu debet conuenire, ut cum illis bono optato fruatur. Vide tom. 4. in Evang. in Indice, verbo Cooperatio.

Apoc. 3. n. 8. Scio opera tua, ecce dedi coram te ostium apertum, quod nemo potest claudere; quia modicam habes virtutem, & seruasti verbum meum, & non negasti nomen meum.

Num. 9. Ecce dabo de Synagoga Satanæ, qui dicunt se Iudæos esse, & non sunt, sed mentiuntur: Ecce faciam illos, ut veniant, & adorent ante pedes tuos, & scient quia ego dilexi te.

VERSIONES.

Syriacus n. 8. Novi opera tua, ecce dedi ante te portam, &c. quia paululum habes potestatem, & non abnegasti nomen meum.

Arabicus Jam novi opera tua, ecce propono tibi ostium, & nemo potest claudere; quia nonnullam habes virtutem.

Vntabl. pagn. Quia exiguum habes potestatem, & seruasti sermonem meum.

Arias. qui parvam habes virtutem. Primafius Ecce habes pusillas vires, Syrus n. 9. Ecce do de Synagoga Satanæ, ecce faciam ipsos, ut veniant, & adorent coram pedibus.

Arabicus. Ecce inter congregatio? nem Satanæ ponam dicentes de se ipsis, quod sint Iudæi.

Arias. Dabo de Synagoga Satanæ dicentium, se ipsos Iudæos esse.

Vatabl. Tygur. Ecce adigam eos ut veniant.

Occumen. Et scient, quod ego dilexerim te.

EXPOSITIO VII.

160. CIO opera tua, Paucis his verbis declarat Christus, in quanta estimatione habeat actiones huius Episcopi. Scio, ait per scientiam approbationis. Ecce dedi, id est, dabo, prateritum ponitur pro futuro, & tam certa est Dei promissio de futuro, quam exhibitio operis de presentibus coram te ostium apertum. Ego, qui habeo clauem David ad aperiendum, & claudendum, dedi coram te ostium apertum Prædicationis, ac doctrinæ Evangelicæ ad gentes, & Iudæos convertendo; & quia modicam habes virtutem; id est exiguas habes vires, ad subiecendos meo Evangelio Iudæos & gentes, ideo supplebo mea virtute interveniente, ut tua operatione, ac prædicatione gentium, ac Iudæorum conversio effectum sortiat, Et seruasti verbum meum; nempe doctrinam meam Evangelicam. Et non negasti nomen meum; sed illud confessus es, me nempe esse Filium Dei, & te meum sectatorem, ac Christianum.

161. Ecce dabo, ut convertantur, ac ad fidem veniant: De Synagoga Satanæ; scilicet ex Iudæorum, ac Iudaizantium cœtu, qui sunt non Synagoga Dei, sed Satanæ, qui contra Christum ac Christiano armantur, Qui se dicunt Iudæos esse, & non sunt. Veri scilicet, Iudæi cum non confiteantur Christum esse Deum, quem coluerunt, & prædicaverunt veteres Iudæorum Patres, ac Prophetæ. Faciam ut adorent ante pedes tuos; ut nempe ad te conueniant supplices, tanquam ad Patrem, & Episcopum suum, parati tibi in omnibus obedire. Et scient, quia ego dilexi te. Tu hic intelligit, & confitebuntur te veracem, & piū fuisse, & ideo mihi charum, hac Iudæorum subiectione, hisque operibus meum amorem erga te ostendam. Prim. Scio, ait, quia dilexite cum tibi videlicet Iudæos, humiles in fide subdidero: & ut cognosceret, & ipsi nempe his operibus præstitis: qualem tibi dilectionem exhibeam.

QUESTIO XXI.

Quidnam significet ostium apertum, quod a Deo datum est, coram hoc Episcopo?

162. Multæ, & variæ sunt in hac te sententia, quid hic ostium apertum ad regnum cælorum significet: Aret existimans denotari labores quos hic Episcopus sustinebat, & inde dicitur ver. 10. Seruasti verbum patientia mea, sic ait, ipse significatus, quod per labores assequi oporteat honorum omnium hereditatem, satis ostendit in Evangelio diuinum oraculum quo dicitur vim pati regnum Cælorum.

193. Secundò, Barchorius ait; Iste Angelus, seu Episcopus gerebat personam infirmorum, nam iste habebat modicam virtutem resistendi, ideo Deus dat ostium apertum venie; sinus enim Ecclesia, qui rectè est ostium paradisi, semper est apertus, & nunquam

Promissio Dei idem est, ac exhibitio de presenti.

161.

162.

Aretas.

Labores ostium regni Cælorum.

193.

Barch.

Ostium Cæli venias data patienti's

Ferrat.

Joan. 10. Ad. 14.

164. Aditus ad Cælum auidere verbum Dei.

165. Vera sententia.

1. Cor. 16. 2. Cor. 2.

Intelligentia Evangelii cum Prædicatione ostium apertum ad salutem animarum.

166. Dei dona cœlestia.

167. Richard.

nunquam clauditur penitenti. Citatus auctor per ostium apertum intelligit veniam peccatorum, quæ in Ecclesia datur penitentibus, per quam ingreditur in vitam æternam. Tertio, alii interpretantur, ostium apertum fraternam charitatem: Alii ut Ferrarius Ecclesiam Romanam, Joachimus Abbas, quandam Religionem, quam non noninat, Viegas exponit esse suam societatem. Alii intelligunt Christum D. qui de se ait Joan. 10. n. 9. Ego sum ostium, per me si quis introierit saluabitur. Et Act. 13. n. 26. Reuerunt, quanta fecisset cum illis, & qui aperuisset gentibus ostium hæc. Quod fit per Christum.

Quarto, Richardus, Pannonius, & alii dicunt ostium apertum esse intelligentiam Scripturarum, per quam fit aditus liber, & ingressus ad sacras Scripturas decendas. Quintò alii interpretantur ostium apertum prompta corda, & expedita fidelium ad audiendum Christi Evangelium per quod homo parat sibi aditum ad regnum Cælorum.

Sex a, & vera sententia ex his duabus ultimis constat, quod scilicet, in præsentia sermo sit de ostio aperto ad docendum, ac prædicandum Christi Evangelium cum magno animarum fructu, ac salute, quod coheret cum illo Paul. 1. Cor. 16. n. 9. Ostium mihi apertum est magnum, & evidens, & adversarij multi. Et 2. Cor. 2. n. 12. Cum venissem autem Troadem, propter Evangelium Christi, & ostium mihi esse apertum in Domino, non habuit requiem spiritui meo. Ex quo patet, quod sensus est, ac si huic Episcopo dicitur, in nomine Christi per Evangelium meum, ac illius intelligentiam ostium tibi est apertum, ut Iudæis cum fructu animarum valeas meum Evangelium prædicare, & eorum multos meo nomini subiecere: quod autem iste sit genuinus sensus, patet ex sequenti versu. Ecce dabo de Synagoga Satanæ, qui se dicunt Iudæos, & non sunt, ecce faciam, ut veniant ad te, & adorent ante pedes tuos. Huic ergo promissioni optime convenit ostii aperti phrasus quod clausum videbatur.

Et nota, quod non dicitur: Dedi tibi ostium apertum. Sed dedi coram te, quod nemo potest claudere, quod significat, non ex tua diligentia, qui modicam habes virtutem, sed ex me non solum tibi aperui hoc ostium, sed omnibus per meum Evangelium.

Ex quo rectè Richard. Viêt conicit, quanta sit efficacia diuini verbi, & sic ait. Quid est ostium apertum, nisi verbum liberum, sicut namque apertam domum intramus, ita per verbum liberum prædicatum cor humanum penetramus, & hostem, & spiritum eliminamus, & factorem cordis in ipso habitatorum collocamus. Dicitur huic Episcopo, ut Dei verbum annuntiet, & prædicet, ut denotetur quanta futura sit efficacia prædicationis diuini Verbi, utitur hac phrasus de ostio aperto, nam cum civitatis ianuas apertas invenimus, facile omnia devincimus, ac superamus, & hostes tanquam captivos subijcimus, sicque cum per prædicationem evangelii ostia humani cordis aperiantur, inde facile fit, ut maligni hostes hominum possessores ab eis expellantur, & conprimantur, ut creatori suo seruiant.

Maximè affectabunt Pharisei Christum tenere, ac comprehendere, & ad hoc mittunt ministros qui cum audissent eum loquentem, valde admirati redierunt eo non comprehendendo, &

cum interrogati essent à Phariseis, quare non adduxisset illum; Responderunt ministri, nunquam sic loquutus est homo. Joan. 7. n. 46. Valdè asperè & durè reprehendit Dominus Phariseos, eos ex parte diabolo estis, & tamen ut dicitur Jo. 8. n. 20. Hæc verba locutus est Iesus in gazophylacio, docens in templo, & nemo apprehendit eum. Unde cum ipse Dominus comprehenderetur à Iudæis, dixit eis. Quisidie apud vos sedebam docens in templo, & non me tenuistis. Matth. 26. n. 55. Alta discussione dignum est, quod cum Phariseistoris viribus Christum apprehendere intenderent, & cum multoties haberent occasionem ad hoc perficiendum, cum Christus multoties prædicaret in templo, & valdè severè in eos invheretur, nunquam tamen ausi sunt eum tenere, sed in horto eum invadunt & ligant, ac comprehensum adducunt; unde antea tam timidi Pharisei, modo tam audaces: Unde illis antea tantus timor, modò tanta fortitudo; In templo Christus docebat, & ideo eius verbis perterriti, quod optabant, non audent exequi, sed tantum in horto perficiunt. In templo docebat Iesus, & verba ex ore suo proferebat, in horto tacebat; cum loquitur nullus adversarius audeat stare contra eum; cum tacet, animos resumunt, & in eum mittunt manus; & inde in passione tacet, quia nisi taceret Crucem non ascenderet. Origen. homil. 18. in Joan. Esus verba, ait, valentiora erant illis, qui eum volebant comprehendere, & quamdiu dicit, nemo eum comprehendit eorum, qui ei insidiabantur, sed si tacet, tum denique tenetur. Itaque dum Pilatus eum inquirat, dum flagris cedit, tacet, nisi enim taceret, in Crucem ex infirmitate sublatus non esset, quandoque infirmitas non inest in eis quibus verbum loquitur.

Tanta est efficacia Divini Verbi, ut nullus ei resistere valeat, hostes prosternit, & omnia impedimenta tollit. Erat Lazarus jacens mortuus in monumento, clamat Iesus alta voce, Lazare veni foras: & statim prostratus, qui fuerat mortuus, ligans pedes, & manus in suis. Joan. 11. n. 44. Si ipse ligatus habebat pedes ac manus, quomodo poterat ambulare, ac foras egredi, quis vidit unquam hominem ligatis pedibus viam facere? ligamina impedimenta sunt ad gressus. Uno div no verbo auribus accepto nulla sentit ligaminum impedimenta, sed omnibus superatis statim profilit in vitã ac viã. Rupert. de victoria Verbi. Dei 13. c. 18. ait. Opportune Evangelista hoc prescripsit, quia videlicet consequitur in illius vocantis voce vim facillimam existisse, que illum pavit, & vivificavit, & de monumento expulit, qui cum esset ligatus pedes & manus in suis, nec pedibus, nec manibus proripere potuit.

QUESTIO XXII.

Quare huic Episcopo datur ostium apertum, cum modicæ esset virtutis; & quanam esset hæc modica virtus?

170. Modicæ huius virtutis expositio- nes tot sunt, quot interpretes. Primo Ribeira de potestate, ac gratia sæculari interpretatur, ac si ei diceret Dominus, paucos potentes habes amicos, qui

Divinum Verbum hostes terret, & fugit.

Origen.

169.

Joan. 11.

Divini Verbi efficacia omne impedimentum tollit. Rupertus.

Ribeira.

T 3 qui

Andr. Caf.

171. Joachim. Dionys. Lyran.

Luc. 17. 1. Cor. 13.

172. d. Amb. Victor.

Qui paucam habet scientiam paucam habet vires Albert.

173. P. imaf. Haymo. Beda. Ansberr. D. Thom. d. Bernard.

Iusti existimant se habere modicam virtutem.

174.

Humilibus sacra mysteria scripturae panduntur Pannon.

d. Bernard.

Psal. 118.

Humilibus dat Deus consolationem.

175. Alcaz. Corn. La Haye. Zegen

qui te ab inimicorum injuriis defendant (nam ut notat Andreas Casar. erat urbs Philadelphiæ parva ambitu, & civium numero.) Magnas tamen vires habes patientiæ, & reliquarum virtutum? nam statim subditur: Servasti verbum meum, & non negasti nomen meum.

Secundò Joachimus, Dionysius, Lyranus sic interpretantur ac si ei dicatur: Non accepisti donum ad magna, scilicet licet miracula perpetranda: unde Ticonius interpretatur, ac si ei dicatur: Modica tua est fides, nam ad miracula edenda multa fides requiritur juxta illud: si habueris fidem sicut granum sinapis, &c. Luc. 17. n. 6. & juxta Paulum 1. Cor. 13. n. 2. Si habueris omnem fidem, stana montes transferam.

Tertiò Ambrosius Victor. habes paucam scientiam, & intelligentiam scripturæ; vires commensurantur juxta scientiam, & qui paucam habet scientiam scripturæ, paucas habet vires. Quartò Richardus, habes modicas vires; in becillo ac debili es corpore. Quintò Albertus, Modicam habes virtutem, respectu ostii clausi ad Evangelicam prædicationem quod tibi est aperiendum Sextò, Thomas Anglicus Modicam exponit respectu magnatum virium, quas habebis in Cælo.

Septimò Primasius Haymo, Beda, Ansberr. D. Thomas, D. Bernard. per modicam virtutem intelligunt humilitatem, & modestiam; ac si ei dicatur: quia agnoscis te parvam habere virtutem, tuasque agnoscis modicas vires, & inde spem posuisti in me & de me confidis, ideo te ad magna adhibeo, tanquam mihi aptum instrumentum, & pono coram te ostium aperiendum gentium conversionem. Sic ait Ansberrus, Habes modicam virtutem. Hoc ait, juxta estimationem humane infirmitatis dictum accipiamus, quia cum electi multa per Christum possent, parum se posse presumunt: sic enim dicitur, modicam habes virtutem, tanquam diceretur, parvam te putas habere virtutem.

Et juxta hanc interpretationem Ecce causa cur dicitur, Dedi coram te ostium apertum, quia modicam habes virtutem, Divina enim mysteria humilibus panduntur. Cælius Pannonius sic ait, Dedi coram te ostium apertum, hoc est, mysteria scripturarum tibi aperui, qui soleo superbis resistere, humilibus dare gratiam scripturæ ad intelligendum: Pl. 118. n. 130. Intellectum dat parvulis, id est humilibus merito ejus aperui ostium. Alicer D. Bernard. Senenf. quia Deus humilibus pandit ostium consolationum ecclestium, quod superbis clauditur, sic ait ipse, Quia modicam habes virtutem prædictam humilitatem habentibus, merito ostium revelationum, & magnorum donorum, & consolationum à Domino aperitur.

Octava, ac ultima sententia, & maximè gemina, quam tenet Alcazar Cornel. M. Joannes de La Haye, & Nicolaus Zegen. tenet virtutem modicam, non esse aliud, quàm exiguas vires ipsius Episcopi, & per ipsas non valere aperire id ostium, quod Deus ipsi referare intendebat; ac si diceretur, exiguas tibi sunt vires ad subiciendos Evangelio meo, Judæos, & idèd supplebo, quod tibi deest: volo enim, ut hæc Judæorum conversio suum sortiarum effectum tuo interveniat. Dicitur autem, quodd modica erat ei virtus, quia ad tam Judæorum conversionem magnæ requirebantur vires

spiritus, prædicationis, ac reliquas Deus in hoc Episcopo supplevit: Unde rectè infert Alcazar Prædicatores minus Sanctos, sæpe plures adducere ad fidem, quàm adducant ii qui sanctiores sunt. Sic S. Jacobus vivens, & in Hispania prædicans paucos admodum convertit: sic & Judæorum conversionem promittit Christus in presenti huic Philadelpho. Ecce faciam illos, ut veniant, & adorent ante pedes tuos. Quæ tamen negavit Smyrnenfis c. 2. vers. 8. quia maxima virtutis erat. Hinc est illud Paul. 2. Cor. 12. n. 9. Virtus in infirmitate persequitur. Quo enim major est infirmitas, eo major est à Christo sortitudo.

Non omittam etiam hic referre sententiam, quam tradit Primasius dicens, Quod dicit, pusillas habes vires, causam ostendit, quod propter hoc dicitur promeretur Ecclesiæ, quia non suis viribus fidit, sed sequitur confitens parvas vires habere, & in se, sed in Domino, & ad omnia gloria. Tam illustre donum conceditur huic Episcopo, ut ei dicatur, Dedi coram te ostium apertum, cum ipse haberet modicam virtutem, seu vires; quia cum ipse hoc de se confiteretur, ostendit se non confidere in suis viribus, sed tantum in Deo, idèd tam illustre donum ab eo est allecatus ut ei datum esset ostium apertum ad conversionem gentium: atque ad eas ad fidem trahendas.

Parata acie cum hostibus pugnaturus Josue monetur à Domino, cap. 1. n. 6. Equos eorum subvertet, & currus igne comburet, scilicet populi tui Israël: quo respectu jubetur, & equos, & currus dissipare, cum hos parare prudentiæ sit, & ars militaris expostulet: Cur humana subsidia perimenda sunt? ut ad victoriam obtinendam suis in posterum non fidat opibus, sed Dei virtute. Origenes homil. 15. Ut ultra non in equis, nec in armis, sed in nomine Dei nostri invocemus. Tunc magna obtinentur, cum non in nostro brachio, sed in Dei virtute confidimus. Quid virtus nostra facit, cum Deus manum retrahit? Non salvatur Rex per suam virtutem, Psal. 32. num. 16 Quid prodest equus, si Deus non adest? fallax equus ad salutem, ibidem num. 17. Quid falcari currus valent, si Deus suam negat operam; hanc quadrigarum curam mordet Isaias de Hebræis dicens cap. 2. num. 8. Repleta est terra ejus equis, & innumerabiles quadrigæ ejus, tanquam inutilis.

Veniunt è Babilonia nunti ad Regem Ezechiam, qui maxime læratus est in eorum adventu, & ut Rex illis gratularetur, ostendit eis suam domum aromatum, & aurum, & argentum, & pigmenta varia, unguenta quoque & idomum vasorum suorum, & omnia, quæ habere poterat in thesauro suis; & non fuit, quodd non monstraret eis in domo sua & in omni potestate sua, quo facto maximè in se ignes divinæ iræ excitavit Ezechias, nam statim, ut dicitur 4. Reg. 20. n. 17. accessit Isaias, qui ait ei, Ecce dies venient, & auferentur omnia, quæ sunt in domo tua. Et ne quis dubitaret qua ex culpa in tantam peccatorum acerbitatem devenisset, ait Ezechias ad Isaiam ostentasse se Merodachi legatis, quidd quid in domo sua lateret numero 15. Omnia quæ sunt in domo mea viderunt, Errasse Ezechiam patet ex comminatione, sed quoddnam fuerit erratum, non planè constat: Innuat tamen Chrysostomus in.

Quo major est infirmitas, eo major est à Christo sortitudo.

Apoc. 2. 1. Cor. 12.

176. Primas.

Non in propriis viribus confidendum, sed tantum in Deo.

177. Josue 11.

Vana sepe in hominibus.

Isai. 2.

178.

4. Reg. 20.

iram Dei movet, qui suis fidei opibus.

in Psal. 117. Eos, qui venerant, ait, ex humanis rebus voluit perire, timens, ne ab ipsis invideretur: ideo thesauros ostendit spem habens in thesauro, quare iratus Deus; auferentur, inquit, omnia, &c. Ostendit thesauros, tanquam in eis fidens ad gerendum bellum adversus Babylonicos, inde graviter erravit; spes nostra, ut sit firma, & secuta, non in humanis, sed in solo Deo constituenda est.

QUESTIO XXII.

Quare illi homines non solum venient ad hunc Episcopum, sed etiam procumbent ad pedes ejus?

179. Diabolus invidet viri magis.

Rupertus.

Quos divina gratia tangit, hi magno fervore feruntur.

Tygar. Arctas.

Dan. 2.

4. Reg. 2. n. 15. & Abadias magnum Parentem Eliam 3.

3. Reg. 18. Reg. 18. n. 7. Sic beatissimum Petrum piscatorem modo genibus provolutus adoravit gentium multitudinem, ut ait S. Aug. serm. 1. de S. Petro. Et non licitur in text. Adorem te, sed ante pedes tuos, quia et talis reverentia, & adoratio tribuitur Pontifici, magis tamen tribuitur illis cujus in terris vires gerit. Et dicitur ante pedes tuos, quod valde submissam, & profundam dicit reverentiam.

d. August.

181. d. Thom.

Isai. 60.

iram Dei movet, qui suis fidei opibus.

erant, ad fidem conversi illico humiles evadant. Mulier quæ sanguinis fluxum patiebat, duodecim annis, accessu retro, & tetigit simbriam vestimenti ejus. Matth. 9. n. 20. Hæc gentilis erat, & nobilis r. 2. c. 29. q. 7. n. 45. & ita demissè de se judicabat, ut se puta: et indignam coram Domino apparere, & inde stat retro, & hac de causa non tangit homini corpus, nec aliam partem vestimenti ejus, sed tantum extremam oram; erat enim plena fidei, ut ait D. Gaud. ser. 1. in de. dicitur. Basilicæ, & quos fides replet, humiles facit.

Tertiò, unde infideles Judæi tantum bonum sunt assecuti, ut deposito suo errore, & agnita veritate ad fidem venirent, an hoc habent à sua Synagoga? minimè quidem; erat enim Satanæ: unde ergo? à veritate, ac bonitate sui Episcopi; nam hic Philadelphensis verbum Christi servabat, & confitebatur nomen ejus: & à veritate, ac bonitate Præsulis sæpe bonitas, & virtus in subditos derivatur. D. Bern. Senenf. Pater, ait, quanta virtus sit subditis, habere Prælatum sanctum, & Deo acceptum, cuius interventibus meritis, Deus trahit perverfos subditos ad penitentiam faciendam.

Quartò, maximè textus connexionem expendenda est: dictum est huic Episcopo in fine superioris versus: Servasti verbum meum, & non negasti nomen meum, & statim immediate subiungitur. Ecce dabo de Synagoga Satanæ faciam illos ut veniant, &c. Cur commemorata virtute hujus Episcopi promittitur ei perfidia Judæicæ conversio: tanquam in præmium virtutis Episcopi datur illorum Judæorum conversio? magna merces, est enim bono relato, ac Doctore constantia, si aliquos depravatos ad viam virtutis reducant, & infideles ad fidem convertant. De Prælati, ac Doctore Ecclesiæ dicitur illud Cant. 4. n. 2. Denes tui sicut greges rosarum, quæ ascenderunt de lavacro: omnes gemellis factibus, & sterili non est inter eas, Doctores, & Prælati vocantur dentes, quia carne, & sanguine prodeunt, & utriusque sunt expertes & dentes sunt, qui frangunt perduram escam parvulis, & sunt ipsi attonsi, & mutilati recis nempè superfluis divitiis, datis elemosynis, etiam ascendentes de lavacro puritate conscientiæ, & pro magna eorum laude additur, omnes gemellis factibus, omnes sunt fecundi filiorum multitudine. D. Bern. serm. 63. ex parvis, omnes gemellis factibus, quia & verbo pariant, & exemplo: & sterili non est in eis, quia nullus est infœcundus.

Quintò, Pannon. Video gloriam tuam, ait, quam habes splendidam in aperiendo ostii, ad divitias meas, comes consequitur invidia, argeris quidem, sed minime dixeris, quia ego recum sum & dabo tibi insignem triumphum super eos, qui modo funesto, ac parricidiali animo tibi adversantur, plerique conciliatis animis propius tibi accedent, seque humiliter submittent. Idem habet Rupertus; multi lividia, ac invidia concitati adversum te crudeli animo insurgent; ob gloriam, quam tibi dedi aperiendo ostii, quod tibi aperuit; sed nihil eorum timeas: sed cur non timeret Episcopus totam Satanæ Synagoga contra se concitatam? quia inde major gloria ei proventura erat, quia ipsi, qui eum invidia persequerantur, ad ipsum venient, & eum ante pedes ejus adorabunt & scient, quia dilexi

Ma. 11. 3.

d. Gaud.

182.

Bonus Prælati subditis utilis. d. Bernard

183.

Aliorum conversio magnum præmium Prælati.

Cant. 4.

d. Bernard

184. Pannon.

Rupert. Magna gloria quod illi, qui te persequerantur, te venerantur.